

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum Honestissimae Foeminae, Dorotheae Rehders Uxoris Viri
... Christiani von Münster/ Praefecti aedis D. Nicolao sacrae**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776814478>

Druck Freier  Zugang



Assverus, J.
in
D. Rehder,
uxor. C. v. Münster.
Rostock, 1627.









PROGRAMMA
In Obitum

81.

HONESTISSIMÆ FOEMINÆ,

DOROTHEA
ꝝ E H D E X G
Uxor

Viri Præstantissimi

CHRISTIANI von Münster,
Præfecti ædis D. Nicolao sacrae.



ROSTOCHI

Literis JOACHIMI PEDANI,
ANNO M. DC. XXVII.

6.

RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
JOANNES ASSVERUS
Amsingus Transisulanus Med. D. ac Professor.



Ulo esse totius S. Scripturae præcipua capita, ad que, omnes ejus partes prudenter referenda sint, nempe Legem & Evangelium seu promissionem Evangelij, eleganter docet Phil. in Loc. corn. loco de Promissione Evangelij mibi p. 212.

Et quidem de gratuita Evangelij promissione quæ extant testimonia, nemo facile enumeraverit. Aut bores tamen sacri doctrinam gratia in quoddam compendium redegerunt, quando gratiam in aliquot veluti species distribuerunt, Qua de re paucis dicam in enarratione presentis thematis, quod D. Paulus proposuit, Tit. 2. 11. Illuxit gratia illa Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter & justè & pie vivamus in hoc seculo: expectantes beatam illam spem & illustrem illum adventum gloriæ magni illius Dei & Servatoris nostri Jesu Christi.

Gratia Scholasticis est alia gratis data & alia gratum faciens, quarum illa ipsis etiam impijs datur, ut Iuda Apostolo data fuit gratia predicandi & miracula edendi ipsaq; adeò demonia ejiciendi, cum ipse tamen esset diabolus. Gratia vero gratum faciens est illa quæ in Regeneratione datur electis & veris Christi fidelibus.

Sic nonnulli gratiam Christi dispescunt in gratiam Creationis & Redemptionis. De gratia Creationis prolixè agit Paulus epistola ad Rom. capitibus 1. & 2. proposito exemplo Gentium, in quorum corruptâ naturâ demonstrat reliquos adhuc mansisse igniculos aliquot, quibus in ipsis manifestum est.

est id quod de Deo cognosci potest: Deus enim eis manifestavit. Ipsius enim invisibilia, dum ex rebus conditis intelliguntur, ex creatione mundi perspiciuntur, aeterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas: ad hoc ut sint ipsi inexcusabiles. *καὶ νομός οὐκ εἶναι γένεται* incredule sunt inexcusabiles. Medius terminus est, *Quia in ipsis manifestum est id quod de Deo cognosci potest*, Deus enim eis manifestavit. *Syllogismus.*

Omnis in quibus manifestum est id quod de Deo cognosci potest, et Deus hoc ipsum eis manifestavit: qui manentes increduli, sunt inexcusabiles, et incredulitatis sua excusationem nullam habent.

Atqui in Gentibus, V. g. in Turcis manifestum est id quod de Deo cognosci potest, Deus enim c. manifestavit.

Ergo Gentes, V.g. Turca manentes increduli, sunt inex-
cusabiles, & incredulitatis sue, excusationem nullam habent.

Oporteat me complures pagellas completere si velim singula media colligere & informam syllogisticam redigere, ad propositum τετράπλοον Paulinum probandum. Id solum nunc dicam quod Exprobratio cap. 1. v. 21. & 25. & 32. & Poena v. 24. & 26. & 28 non possint competere in homines omni gratia Dei supernaturali destitutos. Intelligo autem gratiam gratis datum, quae etiam infidelibus datur.

Capite secundo v. 4. prædicat copiam benignitatis, tolerantia ac lenitatis Dei, quæ Gentes ad resipiscientiam deduce-reconatur. Illa Dei benignitas tolerantia lenitas & ad resipiscientiam deducendi studium, non competit in lapides, rupes, saxa, stipites aut aridos truncos, neq; etiam in homines omni gratia supernaturali vacuos. Oportet enim in omni Objecto, sive Subjecto proportionem seu aptitudinem inesse recipiēdē actionem Agentis. Alioqui Subjectum non potest accusari & reum peragi contemptus & actionis.

Si non plus gratia supernaturalis est in gentibus, quām animalitatis in lapidibus: jam certe tam erit absurdum à gentibus resipiscientiam exigere, quām à lapidibus motum localem, & tam erit absurdum gentibus duritiem cordis exprimare, quām lapidibus duritiem lapideam.

Gentibus attribuit Apostolus opus legis scriptum in cordibus ipsorum, itemq; conscientiam & cogitationes sese mutuō tum accusantes tum excusantes c. 2. v. 15. Obsecro quomodo illa fieri possint in hominibus omni prorsus gratia supernaturali vacuis? Et bac quidem hactenus de Gentibus.

De Judeis et si Paulus dicto loco idem affirmet; tamen brevitatis seu compendij ergo bac jam vice contentus ero illo solo Christi dicto, Matt. 23. v. 37. Jerusalēm, Jerusalēm &c. Quoties VOLUI congregare liberos tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas? & NOLUISTI. Christus voluit congregare Ierosolymitanos, Voluit autem non voluntate violenta & absoluta: non enim lapides erant aut aridi trunci. Sed voluit voluntate beneplaciti; nam erant homines. Et Deus primum movens, movet creaturas prout eas creavit. Ipsi autem NOLUERUNT: quippe ipsa invitatione redditi magis refractarij, id quod Christo imputari nequit: nam qui movet claudum: motus quidem causa est, sed non claudicationis. Fuerunt ergo inexcusabiles non minus quam Gentes, & merito audiunt Christi Exprobationem: quia debuerant & potuerant ijs, quos dixi, igniculis uti ad conversionem.

Notanda est emphasis in voce Divitiarum quando Apololi de praedicant divinę gratię divitias Epb. 1,7. Epb. 2,7. &c. Ideo Theologi ut incepérā dicere Gratiam Dei distribuerunt in complures veluti species. Gratiam Expectantem, Gratiam Prævenientem, Gratiam Suscipientem & gratiam Conservantem ut Calumnia obviam irent Pelagianismi aut Se-

mipe-

mipelagianismi. Quam e quidem calumniam vix ac ne vix
quidem effugere potuit vel ipse etiam magnum illud artium
lumen & inter Theologia nostri seculi proceres haud postremus
collocandus Philippus Melanthon; quare in praesenti contro-
versia ferè multis fuit, accuratus & diligens: quem cum to-
tum describere & hoc inferre non patiatur hujus charta an-
gustia: moneo Studiosos ut eum diligenter legant, Locis de pro-
missione Evangelij itemq[ue] de Prædestinatione, mibi p. 212, 213.
470, & seqq. tum etiam Loco de Justificatione. Inter cætera
inquit, Sed tamen in Accipiente concurrere oportet Apprehen-
sionem Promissionis, Et iterum. Ergo in Justificatione diximus ali-
quam esse in Accipiente CAUSAM non DIGNITATEM, sed quia
promissionem APPREHENDIT, cum qua Spiritus S. simul est ef-
ficax. Et mox. Sed audire nos oportet & discere & apprehendere
promissionem, & assentiri non repugnare. Iterumq[ue]. Vult igitur
cum misericordia concurrere APPREHENSIONEM in Accipien-
te promissionem, &cæt. Hæc Apprehensio promissionis hæc
Causa, hic Assensus, non potest esse mere naturalis. Hoc inquam Audi-
re, hoc Discere, hoc Apprehendere promissionem, hoc Assentiri, hoc
Concurrere cum misericordia Dei & efficacia Spiritus S. non mere est
naturale.

Vox GRATIÆ excludit omnem Accipientis dignitatem, Quid
enim habes quod non acceperisti? I. Cor. 4, 7.

ILLUXIT illa gratia: Ergo non debet detineri in iniustia Rom. 1, 18.

OMNIBUS HOMINIBUS. Est enim universalis. Nam primum
oportet omnes homines coram Deo sibi reos & inexcusabiles, Rom. 1, 20.
Röm. 11, 32. Deinde Deus voluntate beneplaciti vult omnes homines
salvos sieri & ad agnitionem Veritatis venire, I. Tim. 2, 4. Patiens
est erga nos, nolens ullos perire, sed omnes ad resipiscientiam ten-
dere, 2. Pet. 3, 9.

SALVATORIS NOSTRI, adde & CREATORIS, nam
Creatio opus Deitatis ad extrâ, toti sanctæ & individua Trinitati com-
mune est. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil,
Job. 1, 2. Hic erat lux illa vera quæ illuminat omnem hominem
venientem in mundum, Joan. 1, 9. Concludo tandem in naturâ corru-
piâ reliquos adhuc esse divinæ gratiæ igniculos, & omnes homines esse

inexcusabiles & iuste condemnationi obnoxios, qvi cum igniculis illis non conjungunt cum nova Spiritu Sancti gratia in Prædicione Evangelij se exerente. Quidam hoc etiam credo Platonis aliorumq; Philosophorum, qui bac luce natura, hoc est, à Deo naturæ inditâ, recte usi fuerunt, conditionem in futuro seculo tolerabiliorum fuerant, conditione eorum, qui veritatem injustè detinuerunt, & qui cum Deum ex rebus creatis cognoverint, tamen ut Deum non glorificaverint, Rom. 1, 21.

Concludo præterea, Omnibus hominibus nunc patere redditum ad Dei fidem, a quo plurima mundi pars defecerat. uti patet ex Ecclesiæ Genealogia que describitur Gen. 5. inde ab Adamo usq; ad Noah. Deinde Gen. 11. a Noah usq; ad Abram seu Abramam. Demum Matth. 1. ab Abram usq; ad Christum.

Concludo deniq; Promissionem Evangelij esse universalem. Sicut enim, dicente Philippo, prædicatio pœnitentia universalis est, ita & prædicatio remissionis peccatorum est universalis. Ex qua quidem universalitate incredibilis latitudo & consolatio oritur p̄ys mentibus, & hanc universalem, inquit idem Philippus tenere necesse est, aduersus periculosas imaginationes de Prædestinatione: ne disputemus hanc promissionem ad paucos qvōsdam alias pertinere, non pertinere ad nos. Non enim dubium est, qvin omnia animos hæc cogitatio exerceat. Et hinc orta sunt multæ disputationes scriptorum de Prædestinatione, minimè utiles, &c. Et hoc quidem haecen de Graia Servatoris nostri que illuxit omnibus hominibus: Sequitur nunc qwo fine illuxerit.

Ut abnegata omni Impietate, &c. temperanter & iuste & piè vivamus, &c. Duo proponit capita unum abstinendi seu abnegandi, alterum faciendi. Ethici vocibus Pietatis Impietatis Justitiae Injustitiae, quandoq; universaliter, quandoq; particulariter utuntur. Hoc loco vox Impietatis posita est universaliter, & decurrit per omnia præcepta Decalogi. Qui enim reverā impius est: ille excuso Dei timore reverentia & amore nullum Dei præceptum curat. Contrā, Pietas ipsa universaliter accepta in singulis præceptis pre oculis habet timorem reverentiam & amorem Dei, Diligit enim proximum propter Deum, quoniam Deus præcepit proximum diligere, & sic universaliter extenditur per totum Decalogum. In altero propositione capite voces temperanter & iuste & piè accipiuntur particulariter atq; ita conjunctim opponuntur abnegata Impietati universaliter acceptae. & refertur temperantia ad nos ipsos, iusti

justitia ad proximum, Pietas verò ad Deum. Omnis ergo obedientia nostra versatur in pietate erga Deum, justitia erga proximum & temperantia erga nos ipsos. Quantus hic se expandat dicendi & amplificandi campus, videt quilibet.

Emphasis est in voce ABNEGAT A, vult enim Apostolus ut verè serio sincerè & ex animo Impietati renunciemus, Germani dicerent, daß wir sollen der Gottlosheit von herken feind sein. Talis abnegatio opponitur hypocriti Pharisaei, & omnium eorum qui foris spectari volunt ab hominibus intus vero pleni sunt rapina & intemperantia, vacui auerteratimore & amore Dei.

Pietate carebant illi de quibus Dominus dicebat, Iohu. 10. quod essent Mercenary fures & latrones, qui non ingredierentur per ostium in caulum ovium, sed ascenderent aliund & de quibus Jeremias dicebat, Non mittebam Prophetas & ipsi currebant, Non loquebar ad eos. Ciphi prophetabant, Jer. 23. Qui turpis Ingratia decobant, Tit. 1. Qui babentes formam pietatis, vim ejus abnegabant, 2. Tim. 3.

Non vivebant justi qui devorabant domos viduarum, Matth. 23. qui in familias irrepebant, & mulierculas captivas ducebant, 2. Tim. 3.

Non vivebant temperanter, qui multo vino dediti, multo vino serviebant, 1. Tim. 3. Tit. 2. quorum Deus erat venter, qui vita negotiis implicari terrestria curabant, Phil. 3. De quibus Dominus gravissime conquerebatur apud Esiam c. 28. & 56.

Nostrum fuerit ut de uitatis tam malis exemplis in vera pietate integrè coram Domino ambulemus, hoc est in omnibus actionibus nostris timorem Dei pari cum amore ejusdem ob oculos habeamus. Nam dicentes Psalte Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui erant super misericordia ejus.

Expectantes beatam illam spem, & illustrem illum adventum gloriae magni illius Dei & Servatoris nostri Jesu Christi. Hic est finis ultimus militis nostræ, à parte Dei, Gloria Dei, à parte nostra, beatitudo nostra aeterna. Ad hanc merito noctes & dies anhelamus, propter hanc noctes & dies vigilare & in excubijs stare jubemur, quod Dominus noster venturus sit scius fur in nocte, qua hora non putamus, & omnistudio in hoc unum incumbere, ut cum venerit immaculati & incontaminati ab eo reperiamur CILM. PAGE 2. Pet. 3. Sed abrumpo hanc materiam, quod eam in precedentibus aliquot Intimationibus prolixius tractasse mihi videar. Itaq; nunc transeo ad funus hodiernum.

Vite pensum absolvit famina honestissima, Dorothea Rehders, uxor

dum

dum viveret viri primarii Christiani von Münster, praefecti adis D. Nicolaoe sacræ, nobis relinqvens humanae mortalitatis exemplum.

Prodijt in vitam Anno 1598. 14. Novemb. Pater illi fuit vir honoratus & primarius Laurentius Rehder per integras 26. annos praefectus templi ad D. Nicolaum, qui anno 1614. 21. Febr. annum etatis agens 63. diem obiit. Matrem habuit matronam honestissimam, & virtutibus sexum minimum decentibus ornatissimam Catharinam Glindts. Qui quidem Parentes hoc egerunt sedulò ut filiam in lucem editam, quam primum Ecclesia offerrent sacro fonte tingendam à quo deinceps tempore eam educarunt in timore Domini & moribus etiam pro etatum ratione elegantioribus imbuendam curarunt, tantisper dum annum etatis attingeret 17. quo Deo ter opt. max. sic disponente, viro Juveni Christiano von Münster, qui & ipse hoc tempore dicta adis Nicolaitanae praefecturæ fungitur, in matrimonium data fuit in quo cum marito vixit annos 12. Fuit hoc Conjugium placidum pacificum & tranquillum neg. infacundum. Nam ex eo prognati fuere filii tres & totidem filie, E quibus primus filiorum Hinricus nomine, fatis concessit. Reliqui duo filii Laurentius & Hiericus, tura etiam tres filia, Margreta, Cathrina & Dorothea adhuc vivunt superstites. Mortua fuit in puerperio, Nam tametsi Deus opt. max. eam ante tres septimanas pariendi laboribus liberaverat, ipsa filiam enixa fuerat satis felici cum successu: tamen aliquo post partum tempore, febre satis acutâ correpta fuit, que eam de medio sustulit, die Sabbathi præterito pacllo post horam secundam pomeridianam, cum quadriga ante ad iter cœlestis animam suam exhibilaret confirmasset, via tricō eucharistico. Atq; ita huic conflagrato seculo valedixit, & in patriam supernam commigravit.

Corpus exanime, Maritus & Mater cum reliquis cognatis & amicis constituerunt terre reddere hodie horâ media primâ, in templo D. Nicolai rogantq; cives Academicos ut frequenti suo comitatu hunc funeris deducendi actum ornare non dedignentur. Est hoc ultimum pia charitatis officium quod d' alij alijs præstare possumus, & quod debemus maximè ijs, quos scimus ordinis nostri amantes esse. Invito igitur reverendos, consultissimos, excellentissimos, clarissimos, doctissimos Dnn. Professores, Doctores, Verbi administratos aliosq; Magistros, nec non nobilem & doctam studiosam iuventutem ad hanc funeris deductionem, & moneo ut hoc exemplo sue mortalitatis commonefacti, singuli mortem ipsi suam sibi in mentem revocent, meminerintq; tremendi post mortem futuri judicij, segn parent ad STANDUM CUM PACE CORAM FILIO HOMINIS. Luc. 21.36. Apocal. 6.17. & 2. Pet. 3.14. P. P. 11. April. 1627.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776814478/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776814478/phys_0016)



*justitia ad proximum, Pietas vero ad Deum
straversatur in pietate erga Deum, justitia
rancia erga nos ipsos. Quantus hic se sepan-
campus, videt quilibet.*

*Emphasis est in voce ABNEGAT A, vul-
rio sincerè & ex animo. Impietati renunciem-
mir sollen der Gottlosheit von herken feind
natur hypocriti Pharisæica, & omnium eorum
ab hominibus intus vero plenisunt rapina &
temtimore & amore Dei.*


*Pietate carebant illi de quibus Dominus
affent Mercenary fures & latrones, qui non i-
ncaulam ovium, sed ascenderent aliunde &
bat, Non mittebam Prophetas & ipsi curreba-
tis prophetabant, Jer. 23. Qui turpis incrigi-
bant formam pietatis, vim ejus abnegaba-*

*Non vivebant justi qui devorabant domi-
ni in familiis irrepebant, & mulierculas capi-
vabant.*

*Non vivebant temperanter, qui multo vi-
vabant, 1. Tim. 3. Tit. 2. qvorum Deus erat ve-
gicari terrestria curabant, Phil. 3. De quibus
querebatur apud Esaiam c. 28. & 56.*

*Nostrum fuerit ut de uitatis tam malis ex-
tegre coram Domino ambulamus, hoc est. in o-
timorem Dei pari cum amore ejusdem ob oculis
et Psalte Beneplacitum est Domino super ti-
pperant super misericordia ejus.*

*Expectantes beatam illam spem, & illi
gloriae magni illius Dei & Servatoris nostris
ultimo militie nostra, à parte Dei, Gloria
titudo nostra æterna. Ad hanc merito noctes
per hanc noctes & dies vigilare & in excubij
minus noster venturus sit sicut fur in nocte, qua-
muis studio in hoc unum incumbere, ut cum ren-
taminati ab eo reperi amur C. I. M. P. A. C. E. 2. Per
teriam, quod deam in precedentibus aliquot Inti-
tasse mihi videar. Itaq; nunc transeo ad fun-
Kite pensum absolvit famina honestissima, D*



pedientia no-
n & tempe-
mplificandi

ut verè se-
cerent, das
egatio oppo-
lari volun-
t. vacus au-

o. 10. quod
er ostium
mias dice-
bar ad eos.
Tit. 1. Qui:

Matth. 23.
, 2. Tim. 3.
o vino ser-
egotijs im-
ißime con-

pietate in-
bus nostris.
am dicen-
in eis qui-

dventum
Hic est si-
ostra, bea-
nus, pro-
qrod Do-
nus, & oo-
i & incon-
banc ma-
ixius tra-
ers, uxor
dum.

0.9.2
Patch Reference numbers on UTT
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.